



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 16. S. Ludovicus in comitiis Cisterciensium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

**Sæcul. XIII.** ansam tractandæ quæstionis de mendicitate spontanea recentium Religiosorum: A.C. 1244. easdemque rationes applicat, quæ postea sunt adductæ: id quod indicat, jam illius ætate positam fuisse hanc quæstionem, quæ post ejusdem obitum multo ferventius agitata fuit. Et quia Religiosorum Mendicantium facultas concionandi & sacras audiendi confessiones, etiam si eis a Papa demandata esset, in controversiam vocabatur, illius authoritat singulariter insistit, affirmans, hanc esse plenam, absolutam, cunctisque legibus & consuetudinibus superiorem; denique omnem Præsumum inferiorum potestatem a Papa emanare, qui tanquam caput in membra influat, non modo ex ordine hierarchico, sed etiam pro ratione emolumenti in Ecclesiam redundantis. Hoc multa Gratiani capitula potissimum falsis e decretalibus adducit.

### §. XVI.

#### *S. Ludovicus in Comitiis Cisterciensium.*

**E**odem hujus anni 1244 tempore, quo Fratres Minores solennissimum habebant conventum, etiam Cistercienses generalia celebrabant comitia, die festo S. Matth. Par. chaëlis ex more cæpta. Quo venturum p. 571. esse S. Ludovicum Regem cum mature com-

comperisset Papa Innocentius, excogita- Sæcul. XIII.  
A.C. 1244.  
tam scripsit epistolam, in qua omnes Ab-  
bates, qui ibi adessent, effictim orabat,  
ut flexis genibus manibusque junctis Re-  
gem obtestarentur, ut contra Fridericum,  
quem Satanæ filium vocabat, Papam pro  
veteri Galliæ more defenderet, atque, si  
necessæ foret, suum in Regnum recipe-  
ret, sicut Alexander III. contra infea- Sup. Lib.  
LXX. §. 57.  
tionem Imperatoris Friderici I, & S. Tho-  
mas Cantuariensis contra vexationem  
Henrici II. Anglorum Regis asylum ibi  
invenissent.

S. Ludovicus ad comitia Cistercien-  
sium revera se contulit, monachis in o-  
mnia sancta se commendaturus. Habe-  
bat secum Reginam Blancam matrem  
suam, cui Papa domos Ordinis Cistercien-  
sis cum duodecim fœminis sacrarum pre-  
cum causa intrandi copiam fecerat. E-  
tiam fratres illum sui, Robertus Artesiæ  
Comes, & Alphonsus Comes Pictaviensis  
cum sex aliis Franciæ Comitibus seque-  
bantur. Quando ab Ecclesia Cœnobii  
balistæ jaſtu aberant, religionis gratia re-  
lictis equis, in ordinem adducti pias in-  
ter precationes ad templum ibant. Cun-  
cti Abbates cum quingentis monachis  
obviam procedebant, quo dignius exci-  
perent Regem tunc primum ad mona-  
sterium venientem. Ipse in comitio Abba-  
tes inter ac Proceres medius consedit, pri-  
M. 1000  
mum

Sæcul. XIII.  
A. C. 1244.

mum matri locum honoris causa tribuens,  
Tum omnes Præfules ac monachi inge-  
nua provoluti junctis manibus profulsi-  
que lachrymis obsecrationem a Papa præ-  
scriptam fecerunt. Rex vicissim coram  
eis in genua subsidens, *Quantum mihi, &*  
*jebat, per famam meam licebit, tuebor Ec-*  
*clesiam contra Friderici injurias, & Papam*  
*exulem libenter recipiam, si Proceres id*  
*mihi suaserint; nam Reges Gallie eorum*  
*sententiam negligere haud possunt.* Ab-  
bates in gratias effusi eum in peculiarem  
bonorum operum suorum partem voca-  
runt. Intererant autem his comitiis e-  
tiam Cæsaris Legati, qui se Papæ petitio-  
ni opponerent.

### §. XVII.

#### *Papa Lugdunum venit.*

*Matth.*  
*Westmunt.*  
*p. 318.*  
*Alberic.*  
*p. 575.*  
*Marlot. to. 2*  
*p. 529. 531.*  
*533.*

Itaque S. Ludovicus Optimates Regni sui  
convocavit, eorum consilia hac super-  
re auditurus. Cum convenienter, Papa  
per Nuncium poposcit facultatem adeun-  
di Remos, quorum sedes tunc vacabat;  
quippe Archiepiscopus Henricus Bro-  
niensis 16 Julii an. 1240 post tredecim  
annos & quatuor menses pontificatus sui  
e vita demigraverat. Interregni diutur-  
nitas e dissensione Canonicorum, & ex  
competitorum ambitione provenit, quos  
inter memoratur Robertus Torotius, qui  
eodem